experiencia manifestat. Sepius em̄ ꝯtingit q᷑ cō-
spiciēs ꝓxiū vterinū fratrē aut aliū attinentē sibi. pul-
chram hr̄e domū uel aliq᷑ aliā possessionē plurimū gra-
tā tract⁹ ꝯcupiscēciis oculoꝝ subuenire illi nitit᷑ aliquo
mutuo vbi ꝑ pignore pōt hr̄e qđ acquirē ꝯcupiscit. quo
equidem inito ꝯtractu paulatim ꝑmittit crescere fenus
cūq᷑ tantum excreuerit q᷑ cernit fratrem non posse col-
ligere pignus accepta occasione occulta cautela et qua-
dā iusticia simulata iuridice possessioꝝ uel domū ingre-
dit᷑ et q̄si aduertenī sic frēz suū illis possessioib⁹ ꝑuat
Ecce ꝓdicio impia in ꝓpinquos In alienos aū hec ꝓdicio
clarius pz. Nā comedendo et bibendo cū eis intendit ab
illis ꝑ usurā rape bona sua more ꝓditoris iude q̄ cū xp̄o

comedens ac bibens inimicis ſuis pdidit eū. Similis igr̃
eſt parce q̄ nulli parcit Sz i hoc detior eſt qz illa pcutit
ſemel hic aūt ſemp uel ſaltem ſepe Articulus ter
cius de vltimis q̄tuor iniquitatibus q̄bus vſurarii pri=
mis ſuis nocent

Superaddamus vltimas quatuor iniq̄tates
vſure ut plenius innoteſcat q̄ntū otra primū
ſeua ſit Qd̄ p vſurariam prauitatem
patrie multiplicit̃ deſtruunt̃ Ca. i.

Prima iniquitas eſt deſtructō patrıe̅. Tria eñ
ſunt gñabilia mala q̄ ex vſuraria prauitate ſupue
nire oſueuerūt in felicibus patriis xp̄ianorū. quo
rum p̄ma ſunt mala tpalia. ſcd̄a mala ſpūalia. tercia ſunt
mala corpalia de q̄bus in p̄cedenti ſer. c. ultimo plenı̄9
dictū eſt
Qd̄ uſura eſt tanq̄z inquietus canc̄
qz ſemp pauꝑum ſubſtanciā rodit Ca. ii.

Secūda iniq̄tas ē cācer inq̄et9 quolibet nāqz tpe
quolibet die q̄ lil et hora quolibet pūcto atqz
momento pauꝑum ſubſtanciā fen9 vſurarii ro=
dit. Et qd̄ mirabilius ē cūcta illius bona dentes hr̄e vi
dent̃. Numi etem ei9 dentes hn̄t. Similit̃ frumētū illius
qd̄ ut ab homib9 omedat̃ a dn̄o factū eſt dentes hz. Et
cūcta illi9 bona tales hn̄t dentes q9 omedūt egenorum
domos vineas veſtes zc̄. et cūc illorū bona oſumūt. imo
qd̄ mirabilius ē omedūt paupū xp̄ianorū carnes et oſſa
Proinde ſolet a q̄buſdā paupib9 lamentabilit̃ dici. heu
me qz habeo ab vſurario c. ducatos mutuo q̄ michi oti=
nue rodūt oſſa. Ecce ſine intmiſſione crudelis vſura. vñ
iob iii. ca. in perſona talis pauperis loquitur dicens q̄
me comedunt non dormiunt. hinc merito vſura nuncu=
patur a quibuſdam morſura qz otinue mordendo oſumit
ſubſtāciā egenorū. nimirū ſi moriendo puenit ad infernū

cicius q̄z ceteri peccatores qd̄ āmodo q̄ ꝯtinue die no⸗
ctuq̄z incessant currit ad eū dū in quolibet momento ꝓ
uocat ad iracūdiam deū. vñ p isa. dñs lxv. de talib9 ait.
populus scz vsurarioꝝ ad iracūdiam me ꝓuocans añ fa⸗
ciē meā semp    Est insup vsura tanq̄z pestilens
et ꝯtagiosus morbus.    Ca. iii.

Ercia iniquitas est morb9 ꝯtagiosus. Graue q̄p
pe piculū reputat̄ cū leꝓsis diuci9 ꝯuersari. Sꝫ
inꝓpabilit̄ piculosius est cū vsurariis ꝯuersacoꝛ
hr̄e aut q̄cq̄z acceptare ab eis. cū illud corpale. hoc vo
spūale piculū sit. Hic iero. ait. Cauēdū ē nobis maxie ne
ab hiis accipiam9 munera quos nouim9 viuere de lacri⸗
mis paupum. ne dicat̄ nobis si videbas furem currebas
cū illo. ꝓinde legit̄ in vita beati fulci q̄ cū mortuus esset
statim diabolus obiecit ei q̄ vestē a quodā vsurario ac⸗
cepisset Quod intelligens deus miseratus illius aīe ex ve
ste illa piclitanti p̄stine vite restituit eū ut culpā quā in
vita omiserat añ finē vltimū emendaret. Attn̄ in hmoi si⸗
gnū dño pmittente diabolus sic ḡuit pcussit eū q̄ p to
tā vitam illius pcussionis in eo aliqd̄ vestigiū apparet.
Demq̄z q̄ ꝯtagiosum sit fenus expiencia ptꝫ q̄n vsq̄z ad
tpa nr̄a tm̄ excreuerit vsuraria labes q̄ iam nullus de
ea rubor. nullus de ea timor. nullus demq̄z ḡuitatis eius
respectus int̄ xp̄ianos remansisse videt̄. Tātū em̄ vbiq̄z
hec ꝯtagio creuit q̄ sicut vbi oms̄ fetēt. supuemēs ali9
fetens eius nō sentit̄ fetor. sic tm̄ dilatata est hec impia
pestis q̄ ne dū viros. vm̄ eciā mulieres infecit atꝫ nunc
iam vificat̄ qd̄ iere. vi. c. scriptū est a maiore vsq̄z ad mi
norē omes auaricie studēt. atꝫ multo lacrimabilius ē qd̄
subinfert̄ a ꝓpheta vsq̄z ad sac̄dotē cūcti faciūt dolū. i.
dolosam vsurā dū scꝫ multiplices ꝯtctus vsurarios simu
lata calliditate freq̄ntant Olim em̄ in tota vna ciuitat e

magna vix vnus solus fenerator reptus esset. sic qñ eciã de tali veridica fama diuulgabatur omĩa bona sua bona diaboli dicebantur. Si quis domũ eius aspiciebat aut vineã siue agrũ aliis circũstantibus execratiue dicebat. Ecce domũ seu agrũ diaboli. et sic de ceteris ei9 bonis nemo sumpsisset de domo illius ignẽ. nemo in ecclesia ab illo sumpsisset vel ei dedisset osculũ pacis. pueri quoqȝ ad occursum illius expauescebãt et inuicẽ illũ digito monstrabant. Nũc pch dolor et amẽcia deploranda. tales ab hominibus honorantur omnes illis assurgũt. pponuntur in officiis extimantur in ɔsiliis cõitatiua magna sorciantur in plateis. copulantur in ɔiugio cũ nobilibus pentelis. et qđ execrabilius est nõ restituentes. sȝ qñȝ restituẽ simulantes in cimiteriis i ecclesiis eciã ɔsecratis locis cũ sollẽniorib9 exequiis qȝ ceteri tumulãtur. qr iam qsi vbiqȝ hoc scel9 assumpsit faciẽ honestatis et pietatis. fugiẽda igitur imo oino abhorrenda est ɔtagiosa ɔuersacio ipoȝ. nec cum eis ɔmedendũ. nec eciã bibendũ est. exemplo illius qui sm cor dei reptus de se ait. Supbo oculo. et insaciabili corde cũ hic nõ edebam. Et iterũ. i. chorĩ. v. c. apostol9 ait. Si is qui fratur nomiatur est fornicator. aut auar9. aut ydolis seruiens. aut maledicus. aut ebriosus. aut rapax cũ hmõi. nec licet cibũ sumẽ.

De innumerabili multitudine aĩaȝ que ex vsura seu occasione vsure piclitantur. Ca. iiii.

Quarta iniquitas est illaqueacio et pdicio innumerabiliũ aĩaȝ. Diuersis nẽpe causis rõnib9 et modis innumerabiles aĩe ex hac vsuraria labe illaqãtur atqȝ piclitantur. Et qđ dolendũ est paucissimi de hoc aduertũt. Inter hos aũt ɔnumerari pñt plurimi absqȝ legitima cã sub vsuris mutuũ recipiẽtes. notarii q de vsuris scienter ɔficiũt instra Testes quoqȝ et sensales seu in hmõi mediatores socii

vſurarioꝝ atꝫ factores illoꝝ ſerui atꝫ ꝓcuratores ad vſ-
ſurā inducētes. aduocati patrocinantes ꝑbentes talib⁹
ꝑtātem exercendi fenus. ſicut ꝑtātes capitanei/rectores
ꝯſules/iudices/ꝯſiliarii/in fauorem vſurarii ſtatuta ꝯfi-
cientes ꝑfati uel ꝯſimiles ſcient̄ ius reddentes d̉ vſuris
Similit̄ oīes p̄dicti ſtatuta in fauorē vſurarioꝝ facta
ſuſtinētes uel obſeruantes ſeu ea n̄ delentes. nec piculis
ſunt imunes pupilloꝝ tutores et curatores dū ꝓ eis co-
tractus vſurarios ꝯficiūt. vel iam ꝯfectos execucōne re-
quirendo fenus ꝑficiūt. Hiis quoqꝫ ꝯnumerari ꝑnt vi-
due. m̄res idip̄m coopantes. rectores hoſpitaliū atꝫ ſpi-
ritualiū domoꝝ gubernatores. iniuſti vſurarioꝝ heredes
necnō et teſtamentoꝝ vſurarioꝝ iniqui executores. ꝑn-
cipes atꝫ dn̄i. et dn̄a iudeoꝝ uel xp̄ianoꝝ fenora ſuſti-
nentes. uſurarioꝝ vxores filii et filie. ſerui et ꝯſanguinei
affines amici et q̄cunqꝫ alii ī culpa ſeu vſura ꝑticipātes.
vſurarioꝝ generi de fenore vxoꝝ ſuarū dotes recipiētes
Hiis quoqꝫ ꝯnumerandi ſunt oēs qui locant uel ven-
dūt vſurariis ad exercendū fenus/domos/uel apothe-
cas. necnō et denarios ut melius fenorari poſſint vſura-
riis mutuantes. Inſup et p̄lati atꝫ curati q̄ vſqꝫ ad mor-
tem ꝑmittūt vſurarios hec impia cumulare lucra. Cōfeſ-
ſores quoqꝫ cōtra iura in vita ſeu in morte vſurarios et
quoſcūqꝫ ſupra nomīatos abſoluentes ſeu ut verius di-
cā decipientes vſurarios manifeſtos ſepelientes uel ſe-
pelire fingentes. elemoſinas iniuſte de fenore recipien-
tes. et quōcunqꝫ ad nō ſatiſfaciend̄ certas vſuras occaſi-
onē ꝑſtantes. Horū tn̄ oīm ꝑticulares aſſignare rōnes
et autoritates nō eſt tēpis occurrentis cū de eis plenius
dictū ſit in q̄dragesimali de xp̄iana religione ſer. xxxv.
ꝑ totū. Sufficiat ad ꝑn̄s oīa ſupra dicta ꝑ ſniam apo-
ſtolicā ꝯfirmare. ad ro. i. vbi apoſtolus ait de omnibus

ſupra dictis nõ intellexerũt q̄ qui talia agũt digni ſunt
morte nõ ſolũ q̇ faciũt ea. ſꝫ eciã qui ↄſenciũt facientibꝰ
A quibus om̄ibus nos ihesus xp̄s imunes faciat et ↄſer
uet director ↄſeruator et tutor oīm qui ſperãt in eo qui
glorioſus et laudabilis ꝛc̄. **Feria quarta poſt**
**dn̄icam de paſſione quot prauitatibus deprauet homo**
**p prauitatē vſure**

**Ser. xlv.**

SI michi nõ vultis credere opibus credi
te. Job. x. c. Et in euangelio hodierno
mirabilia ſunt opa viciorꝫ. et inter ceťa
maxime cupidis viciũ mentales oculos
eruit. ꝓinde in xxxviii. pſ̄. ꝓpheta de ta-
li cupido inquit. Theſaurizat et igno-
rat cui ↄgregabit ea. qđ v̄bum pōt eſſe thema in pn̄ti ma
teria vbi oñdit cupidi et vſurarii triplex ↄdicō pn̄cipal̄
p̄ma eſt inſaciabilis cupiditas. qꝛ theſaurizat. ſcđa eſt
culpabilis cecitas qꝛ ignorat. tercia ē miſerabilis īfeli-
citas. qꝛ cui ↄgregabit ea. p̄mũ ptinet ad cupiditatē af-
fectus. ſcđm ad cecitatē intellectus. terciũ ad poſſibili-
tatē ſeu facultatē effectus. Et iterꝫ qđ p̄t eciã eſſe aliđ
thema in pſ̄. xlviii. idem ꝓpheta ait. Relinquēt alienis.
Ecce terciū. diuicias ſuas Ecce p̄mũ. et ſepulcra eorꝫ do
mus illorꝫ in et̄nũ. Ecce ſcđm. ſꝫ infra ii. c. exponet plen̄
us hoc verbū Ad hec tria miro mō diſponit vſura eo qꝛ
totū hom̄ieꝫ et vitam eius deprauat nõ tm̄ ↄtra deū ſed
ↄtra ꝓximū ſicut in duobus ſermonibꝰ p̄cedentibꝰ pꝫ. ſꝫ
eciã ↄtra ſeipm ſtupendã prauitatē gn̄are p manifeſta
opa manifeſtat. Proinde vſura ſic deſcribi pōt. Vſura ē
terrenorum inextinguibilis ſitis cecitas mentis ſeruitus
miſeranda anguſtia cordis obꝓbriū vite illaqueacio dia
boli certitudo dãnacōnis. impenitens malum et horribi
litas mortis In qua deſcripcōne nouē prauitates vſure

ſub triplici articulo declarent᷑ · p̄me tres ſunt male. ſcđe
ſunt peiores . tercie vo tres peſſime oñdunt᷑ . Et ſi michi
nō vultis credere opibus credite. ſicut dñs ait. in p̄poſi
to v̄bo

Articulus p̄mus triplicat᷑ deprauat᷑
homo quo ad ſeip̄m p prauitatē vſure.

PRimo ponantur tres p̄me prauitates vſure
q̄bus quo ad ſeip̄m vſurarius deprauat᷑. Et
hec q̄dem p̄me tres vtiq₃ male ſunt  C. i.

De inſaciabili cupidine tpaliū reꝝ q̄ p vſurā
in aīa gn̄ant᷑

PRima aūt prauitas eius ē trenoꝝ inextinguibil
appetitꝰ et ſitis. gn̄at em̄ vſura auaricie et q̄ſtꝰ
iſtimcū ardorē et iſaciabilē ſitim · Et hoc triplici rōe. Pri
mo rōne deſiderii. ſcđo rōne mōi. tercio rōne t̄mini. Pri
mo rōne deſiderii · Nā q̄nto plus vſurarius hz tāto plus
ſimilia ocupiſcit. vñ p̄uer. iii. Ignis nunquā dicit ſufficit
ignis eciā nō extinguit᷑ ex apposicōne lignoꝝ ſiccoꝝ. ſz
auget᷑. Creſcit amor nūmi q̄ntū ip̄a pecunia creſcit. Rō
huiꝰ eſt . q2 pociꝰ pecunia nō ibi ponit᷑ vbi ſitis auari ē
vñ ſicut vinū in dolio nō ſedat corpalem ſitim · Sic pecu
nia in burſa vel in archa ſitum mentis ſedare nō pōt · q̄n
tomagis hec ocupia creſcit. tāto eciā minꝰ hz qō et ſuffi
cere poſſit. Talis quoq₃ inſufficiencia reꝝ maiorē eſuri
em et amorem reꝝ tpaliū gignit. ex quo ſequit᷑ manife
ſte q2 auari cupiditas diuitē vſurariū in ſummo egenū
facit. p̄inde idropico ſimulat᷑ qui quanto amplius bi
bit tāto amplius ſitit. ſic vſurarius cupidus q̄nto plus
lucrat᷑ · tāto amplius lucrari deſiderat. Proinde ber. ait
Auarus terrena eſurit ut mendicꝰ fidelis otēp̄nit. ut deꝰ
Scđo rōne modi. quāto em̄ modus augendi pecunias. ē
facilior / cercior / atq₃ ſecurior. et lucꝝ maius tāto inhiāti
ad incrementū illiꝰ. delectabilior ac ſuauior fit niſi a tali

excessu mentis v̓tute homo cohibeat̃. ſʒ modus ip̃e au=
gendi pecunias p vſuram p̃cetis hʒ p̃dictas quatuoꝛ cõ
dicões q̃ facilioꝛ/cercioꝛ/et securioꝛ ē/ac p oñs lucrum
eius eſt maius. ꝓ̃tea ad affectũ ſuccēdendõ ad cupidinē
efficaciſſime opat̃. Hinc ecclesi. xiiii. c. ait. Inſaciabit̃
oculus cupidi. in p̃tem iniquitatis nõ ſaciabit̃ donec cõ
ſumet iuſticiam arefaciens aĩam ſuã. Talis q̇dē ſanguiſ
ſuge aſſimilari p̄t que mēbro tumido delectabilit̃ appli
cata ſanguinem infectũ inſaciabilit̃ ſugit Et dũ infirmũ
mēbrũ a putredine ſanat ſibiip̃i necē ſugendo ꝓcurat. ſic
inſaciabilis feneratoꝛ dũ venenoſam pecuniã inſaciabili
ter bibit ſemetip̃m inoſiderate occidit. Sepe quoq3 oti
git q̇d ecclesi. iiii. c. ait, vnus eſt et ſcdm nõ hʒ. nõ filiũ
nõ frem et tñ laboꝛare nõ ceſſat. nec tñ ſaciant̃ oculi eius
diuicijs. nec recogitat dicēs. cui laboꝛo et fraudo aĩa m
meã bonis. Tercio rõe t̃mini. Scdm em̃ ariſto. i. li. pol.
c. vi. finis vſurarii eſt augmētacõ pecunie. Appetit9 au
tē finis ſʒm eũ vbi ñ eſt infinitus ꝓpter q̇d beatitudinem
appetitus q̃ʒtũ in infinitũ maioꝛē poſſumus cogitare et
q̄to foꝛcius et intenſius nos valem9. Et hinc eſt ſicuti
ip̃e ait q̇d pecunie amatoꝛes totã ſuã ſcienciã et induſtri
am et potenciã oꝛdināt ad pecunie lucrũ. Preterea rõnat̃
aĩa ad imaginē dei facta creaturis omĩbus occupari pōt
Repleri aũt oĩno nõ pōt. q̃ capacē dei q̇cquid deo min9
eſt impleri nõ valet. Inſup nullũ coꝛpus ſpũali loco cõ
tineri poſſibili eſt. Nã ſicut ſapia nõ pōt impleri archa
ſic nec pecunia pōt impleri aĩa. Et ber. nõ plus ſaciabi
tur coꝛ hominis auro q̃ʒ coꝛpus aura. hec igit̃ intelligens
glorioſa v̓go maria iubilando luce ii. c. dicit. Eſurientes
impleuit bonis. ſcʒ et̃nis. et diuites. ſcʒ p affectũ dimiſit
inanes. ꝓinde ecclesi. c. v. ait. Auarus nõ implebit̃ pecu=
nia Quidã cũ ꝓpoſuiſſet cũ vſura archã implere deinde

ab vſura ceſſare cepit parce viuere et ad arche implecō
nē multiplici fenore laborare. cūqȝ nōdū archam impleſ
ſet timens diabolus ne archa impleta amitteret eū. taliē
ei guttur oſtrinxit q̄ q̄cquā non poterat deglutire. deniqȝ
allatis variis cibis cepit eger clamare dicens. crucior
crucior et moreor fame. ſȝ q̄r a diabolo ſtrangulor man-
ducare non poſſū. quo dicto cū diabolo ſpūm exalauit
ut verificet qđ eccleſi. v. c. ſcriptū eſt. Qui amat diuicias
fructū non capiat ex eis

**Quantū p vſurā mens homīs excecatᷓ Capitulum ſcdm.**

Secūda prauitas eſt cecitas. Nempe q̄ntomagis
corporalis oculus ad infima inclinatᷓ / freqȝ ppin-
quior fit. tātomagis reſtringitᷓ corporeus viſus.
et cōtra ſi ad ſupiora leuatᷓ. pinde ſi oculi vni9 hominis
eſſēt in celo. tota terra q̄ nobis tam imenſa videtᷓ quaſi
breuiſſim9 pūctus apperet eis. Sic nempe cordi diuino
amori ſuſpenſo atqȝ diūcto cūcta trena nichil eſſe videntᷓ
Sȝ ab hiis q̄ ſpūales oculos ſuos ſtatuerūt declinare in
trām. i. ab amatoribus hui9 mūdi magna exiſtimantᷓ. q̄r
lumīe ſpūali puati ſunt. vn̄ de hmōi pp̄heta ait. Nō vide-
bit interitū cū viderit ſapiētes morientes ſimul inſipiēs
et ſtultus peribūt. et relinquēt alienis diuicias ſuas et ſe-
pulcra eorū dom9 eorū ietnū. In quibus vbis pp̄heta in
tali homīe tres cecitates intᷓ alias eſſe oñdit. pma ē dā-
nacōnis. ſcda derelictōnis. tercia habitacōnis. Prima ta-
lis homīs cecitas eſt dānacōnis. Cōſiderat nempe vſura-
rius q̄ ſic paupes iuſti ſicut et vſurarii moriuntᷓ et exce-
catus puluē trenorū aliā vitā nō credit. ac p hoc dānacō-
nē ſuā nō videt. Et de hoc pp̄heta inquit. nō videbit. ſcȝ
oculo fidei interitum. ſcȝ ſuū eternum. Et cām huius ſubdit
cū viderit ſapientes. i. iuſtos paupes morientes. Hinc
eccleſi. ii. c. ait. Sapientis oculi in capite eius. id ē oculi

mentales pauptatis ſapientis ſunt eleuati atq; locati in capite ſuo xpo nō in hīis tranſitoriis bonis. Et ſeqt̃ ſtultus. ſc; vſurari9 in tenebris ambulat. i. p tenebroſa; viā 8dic̃. imo currit ad interitū ſempiternū. Et addit̃. et didici q vnus vtruſq; eſſet interitus. ſc; ſm carnē q; vſurarius videt nō ſm ſpūm q; nō videt. Et addit ꝓpheta d. ſimul inſipiēs et ſtultus pibūt. Inſipiens qppe eſt q futa nō intelligit neq; credit. ſtultus vo qui negligit illa ſcire. Vtrunq; vo vſurarius habet ꝓpterea tales ſimul peribunt quia corpore et anima morientur et damnabuntur. Scda cecitas eſt derelictōis. q; relinquēt alienis diuicias. nec ſecū aſportabūt eas. teſte ſanctiſſimo iob q xxvii. c. ait. Diues cū dormierit nichil ſecū offert. apit oculos ſuos. ſc; quos añ p infidelitatē tenebat clauſos et nichil inueniet. Nec vtiq; mirū. q; totū theſaurū ſuū i t̃ra reliqt. vñ iuit9 receſſit. Sepe quoq; ꝯtingē hoc ad lr̃am ſolet q alienis relinquūt diuicias ſuas. vñ eccleſi. vi. c. eſt aliud malū qd vidi ſub ſole, Et qdem freqns apud hoīnes vir cui dedit deus diuicias ſc; ꝑmiſſiue et ſubſtāciā; et honorē nichil de eſt aīe eius ex omib9 q deſiderat. nec tribuit ei ptātem ut ꝯmedat ex eo. ſc; dña auaricia ꝓhibente. ſ; homo extraneus vorabit illud Inſup ꝯſanguinei ꝓpinqui ſepius alieni ſunt vſurarii mortē deſiderāt et expectāt ut habeāt illius bona. qd et dñs mat. x. c. inſinuare volēs ait. inimici hominis domeſtici ei9. et vē inimici illius ſunt cū ſepe ꝯtingat q filii et ceti ꝯſanguinei ne vſurarius reſtituat aliena malicia aut violēcia impediūt ꝯfici teſtamēta et caucōes debitas fieri ſicut de plurib9 michi ꝯſtat euemiſſe tpibus meis Ad qdem iuſto dei iudicio ꝯtingit illis ut nō poſſit cū volūt qñ. cū potant noluerūt. Tercia cecitas eſt habitacōnis. q; qſi opinari tales videnē q i ſupulcris ſuis habitare debeāt ſp. ſc; ita fatuoſe exornant ea et in locis ſacris collocāt illa. Et

de hoc ſubdit. Et ſepulcra eorū domus illorū in eternum.
Proinde ad talē p iſa. xxii. c. ait. Quid tu hic· ſcꝫ i eccle
ſia q̄ſi q̇s hic q̄ꝛ excidiſti tibi hic ſepulcrū. excidiſti in ex
celſo memoriale diligent̄ impetra tibi tabernaculū. Ec
ce dn̄s aſportari te faciet ſicut aſportat̄ galli9 gallinaci9

¶ Qđ vſurarius nō dn̄s diuiciarꝝ. ſꝫ ſeru9 merito dici tꝫ Ca. iii

Tercia prauitas eſt ſeruitus miſerāda
vſurarius em̄ ſeruus diuiciarꝝ eſt qđ manifeſte
declarat pħeta dicēs. dormierūt ſomnū ſuū· et
nichil inuenerūt om̄es viri diuiciarꝝ in manib9 ſuis· Or
do quidem ꝯgruus ē qn̄ diuicie ſunt virorꝝ n̄ aūt qn̄ viri
ſūt diuiciarꝝ. ſꝫ hūc ordinē puertit auaricia et vſura ut
viri ſunt diuiciarꝝ et nō ꝯuerſo. Triplex em̄ ſeruile offi
ciū ſub dn̄io diuiciarꝝ vſurarii hn̄t. p̄mū officiū eſt obedi
endi. ſcđm cuſtodiendi. terciū ꝯformandi. vnū aliud ſeq̄
ꝯn̄ter. p̄mū ptinet ad nūmos multiplicandū. ſcđm ad
eos ꝯſeruandū, terciū ad eū illis ꝯformandū. Primum
illius ſeruile officiū eſt obediendi. Tanto nempe flagn
ti deſiderio atq̄ꝫ voto tātaq̄ꝫ ſeruitudine ac ſubiectōne
cordis / oris / et opis deditatus eſt vſurius obediencie nu
mi maxime ad ipm multiplicandū qđ ad p̄ceptū illi9 co
gitat impia et iniqua in corde eius freq̄nt̄ verſant̄ ſtudi
oſe cogitacōes pate ad decipiendū circūueniendū atq̄ꝫ
fallendū fabricāt cauillacōes iniuſticie ſimulacōes cal
liditates peruerſitates malicie machinacōnes duplicita
tes ꝓdicōes et ꝯſimilia. ad iuſſionē illius multiplicat v
ſurarius mendacia p iniuria ſophiſtica v̄ba frangit pro
miſſa et ſic de aliis hiis ſimilia p̄cipiente illo abſtinet a
delicatis cibis et a veſtibus p̄ciosis / a ſolaciis / a q̇ete et
ſomno. Illo quoq̄ꝫ īpante patrat crudelitates iniuſticias
ꝯ neq̇cias et ſimilia. Inſup ad impiū eius exponit ſe la
boribus et erūpnis itineribus ſepe piculis fluminū picu
lis latronū / piculis ex genē / piculis ex gentibus / piculis

in ciuitate/ꝑiculis in ſolitudine/ꝑiculis maris in fame
et ſiti in ieiunijs multis in frigore et nuditate in calore
et eſtu in mortibus frequent. Et qḋ mirabiliꝰē cogit ꝑ
obedienciā cum nūmis dare aīam ſuam in manibus de-
moniorꝝ qḋ et ip̄e ꝑficit letant ut viſicet verbum ecleſi.
qui x.c.ait. pecunie obediunt oīa. ſcꝫ que in vſurario
animo ſunt, om̄es ſcꝫ cogitacōnes locucōes et opacōes
Scḋm ſeruile officium eius eſt cuſtodiendi. ſcꝫ que iam
male acq̄ſita ſunt. vn̄ gloſa ſup illḋ luce xvj. nō poteſtis
deo ſeruire et mām̄one ait Seruit diuicijs qui cuſtodit
ut ſeruꝰ. ſꝫ qui ſeruitutis iugū excuſſit diſtribuit ut dn̄s
In hoc aūt manifeſtiſſimū ſignū eſt qꝛ vſurarius nō ſit
diuiciarꝝ dn̄s. nec poſſeſſor. ſꝫ tm̄odo cuſtos. qꝛ de eis nō
pōt facē quicq̇d vult/eciā bonū qḋ iudicat eſſe faciendū.
vnde ber. ſup cātica ait. Querere a quo uis eorꝝ qui lucris
tēpalibus inhiant inſaciabili corde quid ſenciat de illis
qui ſua vendentes et paupibus erogantes regna celorꝝ
ꝑ trena ſubſtancia mercant ſapient ne agant. Rn̄debit
ꝓculdubio ſapient. querere iterꝝ cur qḋ aꝓbat nō facit n̄
poſſum inquit. quare qꝛ ꝓfecto dn̄a auaricia nō ꝑmittit
Nō eſt igit vſurarius dn̄s eorꝝ que hr̄e videt. niſi forte
eo mō loquendi quo quis dn̄s eſt ꝯpedū quibus ꝯpedi
tus tenet qui pocius dn̄ant q̄ꝫ ſeruiant ei. Et dum qḋ
amō videt cuſtodire eos cuſtodit ab eis. Sic nempe v
ſurarius nequā dn̄ ip̄os denarios cuſtodire videt, mā-
mone iuſſu in cuſtodia retinetur ab eis demum in pūcto
mortis tradendus in manus demoniorꝝ. Terciū em̄ ſer
uile officiū eſt ſe ꝯformandi. ſcꝫ marſupio ſuo ſiue in pro
ſperis ſeu in aduerſis. Hinc ber. ſup cantica auaro loqui
tur dicens. Conformaris burſe tue tanq̄ꝫ ſeruꝰ domine
ſue dum quomō ille neceſſario congaudet illi gaudenti
ꝯdolet dolenti. Tu quoqꝫ creſcēte marſupio tuo creſcis

piter in aīo. Et decreſcente piter decreſcis. Nā cū ɔtra
heris triſticia cum illud exinanit᷑. et ſolueris leticia. aut
certe inflaris ſupbia cū illud implet᷑.

Articulus ſecūdus de aliis tribus prauitatibꝰ detiorībꝰ
q̄s gn̄at vſura in aīa cupidi peccatoris

SEcūdo addant᷑ alie tres prauitates vſure q̄
detiorē efficiūt vſurariū quā p̄cedentes tres
p̄me. Quantū anguſtiā cordis
in auaro parit vſura Ca. i.

PRima prauitas eſt anguſtia cordis. In mira q̄
dem anguſtia viuit cor vſurarii cupidi et auari
ut dicere poſſit illud danieł. xiii. Anguſtie ſunt
michi vn̄diqꝫ. Triplicē anguſtiam doloroſam expitur v-
ſurarius miſer circa diuicias tpales. p̄mam in eas acqui
rendo. ſcdam in eas expendēdo. terciā in eas āmittēdo
Primam quidē anguſtiam expitur in diuicias acq̄rēdo
Nā nocte et die q̄etem repire nō pōt. Uero q̄dem a n̄qꝫ
quietē dormicōnis ſumat pgit reuidere denarios ſuos il
los numerat et renumerat ſpeculat᷑ et ɔtemplat᷑/ oſcula
tur et amplexat᷑ et tanquā picturā et aīe ſue medelā ſuo
appomit cordi dictio ſiue inn̄iectō exclamantis ob. Qui
ſpecularet᷑ clā geſtus et mōs et actus et v̄ba quos ɔ̄ca
denarios ſolus in ſecreto ſeruat nō abſqꝫ admiracōe re
pleret᷑ riſu. demqꝫ pꝰlocatos denarios in loco tuto reli
quā circuit domū. Scrutat᷑ nimia. rimat᷑ cūcta reuidet re
liqua ɔſidat ceta et michil de tota ſuppellectili domꝰ ſue
inexaīatū et indiſcuſſum relinq̄t. Tādē dormitū pgens
ſobrio ſeu pco ſomno illo quo dormit ſomniat q̄d ɔcupi
ſcit uel timet. nūc appet ei ſe reperiſſe theſaurꝫ magnum
nunc maius ei fuiſſe ablatum. Ex illo letatur iocunda-
tur et dormiendo exultando ridet. Ex alio triſtatur la-
menta᷑ lacrimatur/ plorat/ clamat/ dolet/ conqueritur/

et ſuſpirat et vix abſqꝫ ꝯſimili ſomno trāſit ſomnū. q̄ lin-
gua exprimi poſſet quāta meſticia obruit᷑ cū euigilādo
defraudatū ſe reꝑit de theſauro tūc in ſomno tā certe re
ꝑto. Proinde ꝯtingit eis ſicut yſa. xxix. ait. ſicut ſomnia-
uit eſuriēs et ꝯmedit. cū aūt fuerit exprectus vacua eſt
aīa eius Et ſicut ſomniat ſitiēs et bibit. et poſtq̄ꝫ fuerit
expgefact⁹ lapſus adhuc ſitit. et aīa eius vacua eſt. ſic
ſcꝫ ꝯtingit hiis auaris. Quis etiā exprimē poſſet leticiā
cordis eius cū ꝯpit expgefactus nō eſſe verū ꝙ ablatū
fuiſſet ei theſaurus queādmodū ſomniauerat paulo ān
de die etiā minorē quietē hꝫ. nā ſummo mane dū domū
egrediēs plateas et loca publica viſitat aīo inqeto cir-
cuiens et q̄rens quē deuoret aīa eius. et tāquā leo egreſ
ſus de antro nō reuertit᷑ domū donec apphēſa p̄da eſcā
catulis. i. natis ſuis ferat. Sicut teſtat᷑ ezech. iiii. Leo ru
giens capiēſqꝫ p̄dā deuorauit aīam paupis. Scdam q̄-
dem anguſtiā expit᷑ i diuicias expendēdo. Tāta eñ mi
ſeria ꝯſtringit᷑ ꝙ q̄ncūqꝫ de ſua ſubſtācia vnū denariū di
minui cernit. oculū ſibi excidiſſe vel eruiſſe videt᷑. ex hoc
quidē totā familiā ſuā in amaritudīe tenet. Subtiliſſi-
me eñ diſcutit et numerat expēſas pa īs et vini olei car
niū ouoꝝ gallinaꝝ et quaꝝcūqꝫ minutaꝝ reꝝ fingit ter
minū artiſſimū expēſaꝝ. Et ſi q̄d vltra dimīutū in domo
reꝑit defraudatū ſe dicit de guloſitate ebrietate atqꝫ la-
trocinio oīs de familia ſua monet ad abſtinēciam atqꝫ
parcam vitam. hortat᷑ eos obſeruat et numerat oīs cō-
medenciū bolos et potuum vices ꝯtinuo interim amari
tudine vritur et turbat᷑ ſepe ꝯquerit᷑ dicens. In domo
hac nō ſunt n̄ latrones et lupi. et lamētabilit᷑ ait ſepius.
vos rodetis michi oſſa. ex ꝓpriis vbis teſtiōmū reddēs
ꝙ ipe ſp eſt p̄mū ferculū mēſe ſue. Ex hijs et ꝯſimilibus
clareſcē pōt ꝙ nec ipe in ꝓpria domo aliquo tēpe pacē

habet. nec familia ſua cū eo quiete reꝑire valet. ut veri
ficet̄ qđ de talibus yſa. xlviii. dicit. Nō eſt pax impiis di
cit dn̄s. Et ꝓuer. xv. Cōturbat domū ſuā q̇ ſectat̄ auari
ciā. Proinde ſimilimus eſt cani q̇ paleas ſuas ſuꝑ quas
cubat et dormit. nec illas ɔmedit nec illas aſportare ꝑ
mittit. imo ſi q̇s eas inde vellet aſportare ſe mōſtrat la
trare nō ceſſat et qn̄q₃ mordē. Sic talis miſerabilis hō-
nec vtit̄ diuiciis q̇bus n̄ ꝑeſt ſine latratu et camino me-
ſu vti ꝓmittit. ut etiā in hoc verificet̄ qđ ecc. v. dicit. q
amat diuicias fructū nō capit ex eis. Terciā anguſtiā ta
lis expitur in mūdanis diuiciis amittēdo. q̄ lingua di-
cere poſſet quāto dolore torq̄at̄ quāta amaritudīe cru
ciat̄, quātoq₃ merore afficiat̄ qn̄ aliq̄d de ſubſtācia ſua
caſu amittit̄ et fraudat̄. Hinc ecc. v. ait. Eſt et alia infir
mitas peſſima quā vidi ſub ſole diuicie ɔſeruate in ma-
lū dn̄i ſui. peūt enī i afflictōe peſſima. Admirāda ē in
hoc ſapia ſaluatoris q̄ cernēs q₇ cupidis via ducēt ad
hoſpiciū infernale ſi eā dimittēt planā pulcrā et gratā.
fecit ſicut agricola prudēs q̇ viā ꝑ quā nemīnē vult trā
ſire foſſatis ꝑcidit ac palis in t̄ra ɔfixis applicat pūgen-
tibus ſpinis illā obſtruit atq₃ munit. ſic nēpe ſapia dei
in itinere diuiciaꝝ poſuit anguſtias multas i eas acq̇rē
do ſollicitudīes et timores i eas ɔſeruādo ſ₃ et dolores
plurimos i eas amittēdo. ut ſic saltē impedirent̄ hoīes
ꝑ talē viā turmatim currē ad infernū. ꝓptea Ozee. ii. ad
eū q̇ tꝑales diuicias tā anxie ɔcupiſcit loquit̄ dn̄s dicēs
ſepiā viā tuā ſpinis. i. anguſtiis ſ̄ dictis ne aīa tua ꝑicli-tetur

Qđ obꝓbrioſam et infamā vitā reddat vſura. Ca. ſcdm.

SEcūda prauitas ē obꝓbriū vite.
Tota nēpe vſurarii vita obꝓbriis plena ē. Tria
ſunt int̄ alia obꝓbria vite eius. Primū obꝓ-
briū vite eius eſt inhercia. Per vſuram enim tollit ſibi

ſibi vſurarius opoſitatē omīs debiti modi opādi ſibi ſa
lubria et licita lucra ut ꝑ tāto efficit̄ deſidioſus attedio-
ſus et ocioſus. Ex hoc eñ ipā vſura neceſſitat hoīem
ad indebitos modos lucrādi ↄtra legē quam dedit dñs
Geñ. iii. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et ta
les (ſicut ꝓpheta ait) in labore hoīm nō ſunt et cū hoī-
bus nō flagellant̄ ſcꝫ qñqꝫ in vita ſꝫ poſt mortē cū de-
monibus ſemꝑ flagellādi ſunt. Secūdm obꝓbriū eius eſt
malicia que ſequit̄ ex p̄dicta inhercia. Nā ſicut eccleſia.
xxxiij. Multā maliciā docuit ocioſitas. i. inhers vita ad
tantā auariciā ſceleſtē talis auaricia hoīem ducit qꝫ aīa
mā ſuā pro quolibet vili nūmulo venalē ꝓbet. maximū
vtiqꝫ ſcelus eſt aīam in tāta ſublimitate creatā. i. ad dei
imaginē formatā. tāto p̄cio. i. ſangne xp̄i redemptā. ad
tantū gloriā ordiatā. ꝑ tā vili p̄cio venūdare. Hinc ecc.
.x. ca. ait. Auaro nichil eſt ſceleſtius. habꝫ eñ aīam ſuā
venalē. Ex quo manifeſte appet qꝫ ꝑ nūmo tali p̄cipita
ret ſe in infernalē voraginē oīum ſcelerū et flagiciorū ni-
ſi forte aliquo mūdano timore refrenaret̄. Terciū eius
obꝓbriū eſt infamia. ita infamē reddit hoīem vſure ſce
lus qꝫ nullus niſi oīno effides eā audeat publice exercē.
Hij qdem ſunt illi de qbus ꝓuer. ii. Salo. ait. Qui re-
linquūt iter rectū et ambulāt ꝑ vias tenebroſas q̄ letan
tur cū mala fecerint. et exultāt in rebus peſſimis quorū
vie ꝑuerſe et infames greſſus eorū. Ca. iii.

Q̄d a diabolo ſtupēdo mō ꝑ vſurā aīa illaqat̄.

TErcia prauitas eſt illaqueacō diaboli. Tāta eñ
eſt ꝑtās quā exigēti hoc ſcelere et dño ꝑmitten
te ſuſcipit diabolus ſuꝑ tales qꝫ eo opāte vſurari9 p̄rio
ſe illaqat. ſcđo ſe intcat. tcio ꝑſumptuoſe ſperat Primo ſe
illaqat. vñ iob xviij. Balach de cupido loqns ait. imiſit i
rethe pedes ſuos et in maculis ei9 ſcꝫ demonis ambulat

Tenebit̄ planta eius laqueo. planta em̄ extremitatē vi:
te auari vocat. Quāto em̄ cupidus fini vite ſue ꝓpinquioꝛ
fit tāto maioꝛi cupidine inardeſcat. Hinc Jero. ait. cū
alia vicia inſeneſcāt ſola auaricia iuueneſcit. i. thi. vi.
Qui volūt diuites fieri incidūt in temptacōꝫ et in lacū
diaboli. ꝓptea quāto hō in auaricia ſenioꝛ fit tāto diffi:
cili9 ab ea ſe ſoluit. Sc̄do ſe intricat. Cū em̄ auis volā:
do in rethe ceciderit tāto amplius ſe intricat quāto am
plius ſe extricare ꝯtendit. Sic vſurario ſepe ꝯtingit q̇
dū p aliqd̄ tpus ut ditet̄ intēdit vacare vſuris et demū
ceſſare ab eis omi die mēſe et anno amplius ſe repit in
tricatū atqꝫ a ꝓpoſito ceſſandi ab vſuris ampli9 elōga:
tū. Hinc ꝓuer. v. dr̄ Iniq̇tates ſue capiūt impiū et fun
bus pctōꝝ ꝯſtringet̄. Et Jere. l. c. dr̄ ad aīam vſurarii a
diabolo dictū eſt. Illaqāuī te et capta es babilon et
neſciebas. Tercio p̄ſumptuoſe ſperat qꝛ credit ſe penite
re in fine et reſtituē aliena. Sed ignoꝛat miſer qd̄ dn̄s
math. xiii. ait. Qui em̄ habet dabit̄ ei et habūdabit̄. qui
aūt nō hꝫ id qd̄ videt̄ hr̄e auferet̄ ab eo. Habet nempe
ille theſauꝝ magnū q̇ tpus vite ſue ꝯceſſum virtuoſe expēdit
et iō multa merita cumulauit. Et huic dabit̄ ſcꝫ in fine
vite ſue tpus ſe etiā melius diſponēdi et ꝑparandi. vn̄ tūc
ī maioꝛi gr̄a habūdauit. q̇ aūt n̄ hꝫ ſcꝫ ī p̄terito tp̄e me:
rita cumulata. qꝛ ſp male vixit. id qd̄ videt̄ hr̄e ſcꝫ p̄nie
tpus ī fine auferet̄ ab eo ſcꝫ iuſto iudicō dei eo qꝫ ī illo
p̄ſumptuoſe ꝯfiſus ē. Qd̄ eueniſſe dr̄ cuidā vſurario qui
in puncto moꝛtis alta voce clamauit. o p̄nīa vbi es quo
dicto exalauit ſpūm. ut ex eius verbo apte clareſcēt qꝫ
qn̄ illā repire potat nō q̄ſiuit merito eā repire nō poſſet
cū vellet. eo qꝫ nō debito mō vellet. Vn̄ de talibus Job
ait. inuolute ſunt ſemite greſſuū eoꝝ ambulabūt inuanū
et pibūt. Et iteꝝ de tali vſurario in extremis agēti in. c.

xviij.ait. Artabunt᷑ gressus virtatis eius et p̄cipitabit eū
cōsiliū suū. qd̄ fuit sperare p̄sumptuose in fine vite Et sic
merito tps ei aufert suū qui vendidit alienū. Cōtingit
enim illi sicut rapaci aui que ab aucupe dicunde pmittit᷑
aduolare ad p̄dā. qua capta ad pticā alligat᷑ vbi ei mi-
nime ministrat᷑ pastus quē cupit. Sic dū vsurari⁹ viuit a
diabolo ducit᷑ ad p̄dā. ſ3 in fine ligabit᷑ cōpedibus gehē-
ne. vbi nō tm̄ q2 nō saciabit᷑ ꝯcupitis. verū etiā ut dr̄ Job
xx.c. diuicias quas deuorauit euomet et de ventre eius
extrahet eas deus sc3 p demones infernales.

Articul⁹ terci⁹ de tribus vltimis ac pessimis prauitati-
bus vsurarū. Et quō ponūt aīam in extremo piculo dam-
nacionis eterne.

TErcio subiūgam⁹ tres alias prauitates vsure que pessime ostēdunt atq3 vsurariū statu damnacōis collocāt et dimit-tunt.

De certitudie eterne damnacōis quā parit vsura. Ca. primū

PRima prauitas est certitudo damnacōis. Mi-
ro nempe mō inter alia scelera pctōꝝ certifica-
tur vsurari⁹ p vsurā de sua eterna dānacōne.
Nā tria ad hoc h3 testimonia credibilia facta nimis ut
in ore duoꝝ vel triū stet hmōi veritatis verbū. primū te-
stimoniū sunt euāgelia. scdm priuilegia. terciū manife-
sta iudicia. Primū testimoniū sunt euāgelia. Hinc inde
luc. vi. c. ait dn̄s. Ea quippe mēsura qua mensi fueritis
remeciet᷑ vobis. Cū enim vsurari⁹ (sicut etiā s̄ tactū est)
nō det aliqd nisi recipiat ampli⁹. ex hoc quippe certifi-
cat semetipm de dānacōe eterna. q2 si vellet acqrere pa-
radisum a iusto iudice q p̄scriptā ꝯstituit legē. non dabit᷑
ei nisi det aliqd ampli⁹ et meli⁹ padiso. Sed q2 hoc nō
poterit vnquā obseruare necessario sequit᷑ q2 nūquā po-
terit acqrere gloriā sempiternā. Scdm testimoniū sunt

priuilegia et autētica inſtrā. Nullū equidē crimen ē qḋ tam patenē deferat lr̃as eterne mortis ſicut facit vſura. Nā in quolibȝ inſtrō et pticula librorum in qbus ɔtractꝰ vſurarii ɔſcribunē pticulare priuilegiū vſurarius hȝ qḋ obligat eū ad ſupplicia ſempitna. Ex quo patȝ qꝫ de hoc tot priuilegia hȝ quot vſurarius ɔtractus vſurarios fecit. Ppt hoc multū certificatꝰ eſt de dāna cōe etna. verū tn̄ ſi reſtituat aliena abradunē et caſſanē priuilegia ſ. dicta, nec credit eis ſicut nec etiā credit caſſato libro et abraſis ſeu inciſis cartis in iudicio ſeculari. Terciū teſtimoniū ſunt manifeſta iudicia et int alia vnū potiſſimū eſt. qꝫ in vſurario ɔtractu fit fenerator ɔſocius demonis infernalis. Fieri em̄ ɔſueuit qꝫ qn̄ mercator facit forum cū venditore arraſqȝ ſoluit de re empta. et ſupueniēs alius apponat vnū denariū dicēs. in hac mercācia pticeps eſſe volo. et ille annuat tūc facti ſunt ſocii in lucro pariter et i damno. Sic ɔtingē hȝ vſurario et demoni infernali. Nā int iuſta lucra feneratorum apponit diabolus aliqd impie acqſitū. et dicit ſe eſſe ſociū ſuū. ptemqȝ hr̃e in illa mercacōe. Hoc pbat greg. in libro dialo. vbi eqdem refert. qꝫ quidē hō diues magnā hēbat pecunie ſummā licite acqſitā. intra quos appoſuit duos denarios quos fenore adeptus erat et totā illā pecuniā locauit in archa. Cūqȝ altera die apiret archam repert diabolū ſup denarios inſedentē. q pbibuit ei ne ɔtingeret eos niſi eos expēderet cū ɔſenſu ſuo. eo qꝫ ſocii ſimul eēnt i pecunia illa. Ex hiis pȝ qꝫ manifeſtū iudiciū eſt feneratores eſſe dānandos niſi reſtituāt. eo qꝫ ſunt in pn̄ti vita ſocii pctōrum. ita erūt in alia ſocii tormētorum. Ex hac ɔtracta ſocietate intm̄ cū diabolo ɔfederatē vſurariꝰ. tantūqȝ in demonē trāſformatē qꝫ quodāmō induit ſimilitudinē eius. Nā ſicut diabolus peccati nūmū quē libenē ſub ſpe lucri mutuat

pctori nūquā p pniam ſibi reſtitui vellet. ut demū illius corpus et aīam lucrari poſſit. Sic et vſurari9 datū mutuū ſibi reſtitui nollet ut poſſet totā ſubſtanciā paupis deteriorare. ꝓptea de tali cupido Job. xx. c. ad lrām ſcriptū eſt. iuxta multitudinē adinuencōnū ſuarū ſic et ſuſtinebit. qm ꝯfringēs nudauit domū paupis domū rapuit et nō edificauit eā. nec eſt ſaciatus vent̄ eius. et cū habuerit qd cupiebat poſſidē non potuit. q2 ſcʒ uel rapiet̄ ei in vita aut ſaltē relinquet illud in morte.

Qd vſura miro modo ad impniām inducit. Ca. ii.

Secūda prauitas eſt impenitens malū. Triplex quippe cā eſt quare vſurarius raro et cū grādi difficultate ad pniam verā reduci poteſt. pria cā eſt indiſpoſicō. ſcda duracō. tercia eſt obſtinacō. ut ſint hii tres gradus ad deſcenſum dānacōis etne. Pria quippe cā eſt indiſpoſicō. Indiſpoſitus eſt em vſurari9 veraciter penitere. Nā aut eſt ꝓdigus aut auarus. Si ꝓdigus nō hʒ vn̄ reddat. Si auarus reddē nō vult. piculoſior tn̄ eſt ꝯdicō nollē q̄ʒ nō poſſe reſtituē aliena. cū illud ex malicia hoc vo ex impotencia. tamē cū culpa mixta originē hʒ. demqʒ ad impoſſibile nemo tenet̄. nā inanis ē actō quā excludit inopia debitoris. ut in. c. oli ex̄ de reſti. ſpo. Auarus em rariſſime niſi in mortis articulo ſatiſfacē vult Similis illi vaſculo terreo ī quo pueri denarios ponūt. cū iā cupido nūmi incepit eis blandiri. a quo vaſe niſi frangat̄ extrahi minime pn̄t. Sic vſurarius nō reſtituit niſi in mortis articulo qn̄ denarios illos ſecū ferre nō pōt. ut verificet̄ qd eccle. xxix. dr. Multi quaſi inuentores. i. ex ingenio hoīs adinuentū nō a nata ꝓhibitū extimiauerūt fenus et pſtiterūt moleſtia. hiis q ſe adiuuerūt donec accipiāt. oſculant̄ manus dātis. et in ꝓmiſſiōibus humiliāt vocē ſuam. et in tempe

reddicōis postulabit tps et loquit̄ v̄ba tedii et murmuracōnis. et tempus causabit̄ solidi vix reddet dimidiū. et ɔputabit quasi inuencōez. Que aūt vsurario prodigo requirant̄ ad hoc q̄ eū reddat excusatū sua impossibilitas tacta sunt in q̄dragesimali de xp̄iana reli. ser. xxxviii p totū. Scda cā est induracō. Cū em̄ vsurari9 ɔsiderat ad statū salutis nō posse uenire nisi pro posse restituat aliena ac p ɔñs nisi et filios et filias seu alios heredes suos ī multa paupcate et in inhonorabilitate relinquat ꝓptea hec abhorrēs p fidem nō intelligens statū suū pi culosum pocius deliberat ī pctō pseuerare q̄ȝ debito mō se emendare. sic diu pseuerādo indurat̄ cor eius. et licet huius vicii p̄dicacōnes audiat. licet aliquis timēs deū ad pniam cū inducat. licet eciā exhortacōnes ad hoc. et ob iurgacōnes de hoc freq̄nt̄ senciat. nichilominus cor eius ampli9 indurat̄. sicut de eo iob xli. c. scriptū est. cor eius indurabit̄ q̄si lapis et stringet̄ q̄si malleatores incus. q̄ q̄nto plus malleo ferit̄ tāto durior fieri solet. Tercia cā impnie eius est obstinacō. Signū quippe manifeste obstinacōis vsurarii est ɔtamptus diuini verbi et exhortacōnū ac rep̄hensionū sceleris sui. Proinde puer. xviii. peccator dū in ꝓfundū pctōꝝ deuenerit ɔtēnit scȝ resurgē p p̄dicta. Mira nempe ē obstinacō vsurarii ɔtēptoris. q̄ quodāmō excedē videt̄ obstinacōȝ iude. Primo em̄ iudas penituit de scelere ppetrato licet nō debito mō. ꝓpterea inquit peccaui. Scdo pctm̄ suū ɔfessus est cū ait. tradens sanguinē iustū. Tercio satisfecit pciū qd̄ susceperat p xp̄i ꝓdicōne. veniā tñ nō meruit q2 illā minime requisiuit. Sed quid dicere possum9 d̄ vsurario obstinato qui primo nō penitet de vsura nisi forte q̄ modicū lucratus est. Scdo si penitet nō ɔfitet̄. scȝ ne a ɔfessore ad satisfaciōez cogat̄. Tercio v̄o si ɔfitet̄ q̄rit aliquē ɔfessorē q̄

nō hēat ɔſciam neqꝫ ſciam ne p caucōez debitā ſatiſſacē ɔſtringat̄.ſꝫ ſimplici verbo ꝑmittit ɔfeſſori ignaro reſtituere aliena. Quarto etiā ſi hoc in ɔfeſſiōe ꝑmittit ꝑmiſſum nō ſeruat. Et tñ ut dɿ ex̄ de reg.iu.li.vi.nō dimittit̄ pctm̄ niſi reſtituat̄ ablatū. De horrēdis ſignis et indicijs q̄ ſupueníre ſolēt vſurarijs in eoꝝ morte Ca.iii.

Tercia et vltima prauitas eſt horribilitas mortis. Int̄ cūcta ſcelera q̄ dīno iudicō puniunt̄ in fine vite p horribilē mortē vſura de maioribus eſt, cū mirabilia et terribilia ſigna ſepi9 appareāt in vſurarioꝝ fine. Hoc quidē accidē pōt tripliciroe.pr̄io roe derelictōis.ſcd̄o roe deſperacōis.t̄cio rone pſecucōis. Pr̄io em̄ accidit hoc rōe derelictōis. Cū em̄ vſurari9 lucrari nō ceſſet in quolibꝫ ſacro die.nō dici paſcatis pcet.nō dici dn̄ico.nō ſacratiſſime paſſiōis.in qualibet ſolēnitate ſanctiſſime v̄ginis nō ceſſat a tali lucro.nō in diebus ap̄loꝝ.neqꝫ i diebus martiꝝ et ɔfeſſorū ſeu v̄ginū.nō in die ſanctoꝝ angeloꝝ.inſup nō eximit a lucro vſure in die oium ſanctoꝝ. Merito ğ non ſolū a deo verūetiā a beata virgine/ab angelis vniuerſis/et ab omī multitudie beatoꝝ iuſto dei iudicō in vltimo fine vite ita derelinq̄ meret̄ q̄ nec deū hēat gr̄e donatorem. nec aliq̄ꝫ inueniat beatū gr̄e a deo impetratorē ſeu etiā ꝓ illo ſupplicatorē. Vñ Michee.iij.de talibus ſcriptū ē. Abſcōdit dn̄s faciē ſuā ab eis in die illo ſcꝫ extremo. ſicut nequit̄ egerūt in adinuencōibus ſuis. ¶ Scd̄o accidit eis hoc rōe deſperacōis. Cū em̄ infelix pctōr a deo et tota celeſti curia derelict9 ē. facile demonibus eſt eū i barathꝝ deſperacōis p̄cipitare. qd̄ q̄dem libertate eis ɔceſſa ope ɔplent oñdentes ei multitudinē ſceleꝝ ſuoꝝ. et oblitā eſſe illius miſcdiam dei. Sicut Job.xxiiii. Obliuiſcat̄ illius miſcdia. Et iteꝝ eodē.c. auferet̄ ab eo oīs

fiducia venie et gr̄e et glorie. Vñ et ip̄e in tali deſpera
cione vltima derelictus ait illud Job. vii. Et deſperaui
nequaquā iā viuā. ſcꝫ nec in vita corꝑali nec ſp̄uali nec
et̄nali. Legit̄ em̄ de vſurario quodā q̄ nocte quadā p᷒
ſplēdidā cenā cū dormiret in lecto cū vxore ſua. ſubito
expgefact᷒ exiliuit de lecto. Cū aūt ab vxore ſua q̄d ha
beret īn̄trogaret̄. ait mō raptus fui ante iudiciū dei vbi
tot et tā mirabilia ſunt poſita ꝯtra me q̄ nō ſciui nec po
tui rn̄dere. cūq꜠ fuerim diu ad pn̄iam expectat᷒ nec huc
uſq꜠ volui diuīs p̄ceptis et inſpiracōib᷒ obedire. audiui
nūc iudicē ꝯt̄ me ſn̄iaꝫ ꝓtuliſſe. meq꜠ datū audiui i po=
teſtatē demoioꝝ q̄ me debēt hodie ad et̄na ſupplicia aſ
portare. quo dicto de ꝑtica vili veſte aſſumpta domum
rapido curſu egreſſus eſt quē ſui hinc inde q̄rētes tādē i
quodā monaſterio matutinū cantātē inuenerūt. Cūctis
ḡ eū ad pn̄iam inducētib᷒ nec ꝓficē valētib᷒ rōe aut ex
hortacōe vel p̄ce cuſtodit᷒ ē diligent̄ vſq꜠ ad ſextā horā
Deniq꜠ cū amici ei᷒ ad domū eū reducē vellēt. et ad q̄=
dā fluuiū ſuꝑ cui᷒ pontē trāſire vellēt ꝑueniſſent. vide=
runt quādā nauī rapido curſu ꝑ fluuiū aſcendētē a nul
lo ut videbat̄ ꝯductā. ſꝫ ab vſurario plena demonib᷒ vi
ſa eſt. q̄ ut ait ideo veniebāt ut eū ad et̄na ſupplicia aſ=
portarēt. quo dicto ſtatim ē manibus eoꝝ violent̄ a de
monibus rapit̄ et in nauim ꝓiicit̄ et curſu rapido retroa
cto ſubito diſparuit cum demonibus et p̄da et prefata
nauis ¶ Tercio rōe ꝑſecucōis. Cum em̄ vſurarii᷒ (ſicut
ex ſuꝑioribus patet) non offenderit deū quēadmodū ce
teri pc̄tōres. veꝝ etiā cū vendiderit tp̄us q̄d eſt ꝯūe cū=
ctarum creatūꝝ offenderit om̄s creat̄as quecūq꜠ create
ſunt. Audita dānacōis ſn̄ia ꝓlata a dn̄o ꝯtra eū quodā
modo ad ꝑſecucōꝫ ꝯtra illū armant̄. Proinde om̄s bea=
ti ſancti atq꜠ vniuerſi angeli ꝑadiſi tūc clamāt ꝯtra eū.

ad infernū ad infernū. Celi cū lu͞iaribus ſuis·ſua qdā mō
voce ꝓclamant ad ignē ad ignē. Planete etiā clamāt ad
ꝓfundū ad ꝓfundū. Elemēta quoqꝫ ſeuiūt ɔt̄ illū et clamāt
ad tormenta ad tormenta et̄na. Domꝰ quoqꝫ in qua ia-
cet infirmus. atqꝫ pietes et ligna eius ɔtra illū vindictā
clamare nō ceſſant· Sicut baruth. ii. c· ait. lapis de pie-
te clamabit et lignū qd̄ int̄ iucturas eſt rn̄debit. fiat fi-
at. ut in hiis om̄ibus v̄ificet id qd̄ ſapie v. c. ſcriptū eſt.
Pugnabit ꝓ eo orbis t̄rarū ɔtra inſenſatos et accipiet ar
mat̄am ſcelus illius et armabit creat̄am ad vlcionem ini
micoꝝ. A quo tremendo iudicio miſericordie nos eripiat
imenſa pietas ſaluatoris q̄ cū pr̄e et ſpū ſancto glorio
ſus et t̄iumphator mortis regnat in ſecula ſeculoꝝ· Amē

Laus et honor deo

976913

Hain *2021